



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

18.

DE
INDOLE
POTESTATIS PATRIAE
EX IVRIS NATVRALIS PRINCIPIIS

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
P R A E S I D E
AVGVSTO FRIDERICO SCHOTT,
PHILOSOPHIAE ET IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE
SOCIETATIS LATINAE IENENSIS COLLEGA HONORARIO,
DIE XIX. DECEMBRIS A. O. R. CIOIOCCCLXVI.

H. L. Q. C.
DISPVTABIT
AVCTOR
CHRISTIANVS GOTTHELFF DOELITZSCH,
FRIBERGENSIS.

L I P S I A E
LITERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.

A M O N S I E U R
M O N S I E U R
L E D O C T E U R

C H R E T I E N F R E D E R I C

H A V C K,

D E P U T E ' D E S D A I L L E S D U C E R C L E D E S
M O N T A G N E S , B O U R G U E M A I T R E T R E ' S M E R I T E '

E T C O N S U L E N T T R E ' S C E ' L E B R E D A N S F R E Y B E R G

V I L L E C A P I T A L E D E S M O N T A G N E S D E S O N

A L T E S S E E L E C T O R A L E .

M O N T R E ' S G R A N D P A T R O N .

MONSIEUR,

Il-y-a deja long tems que j'ai soubaité avec la derniere ardeur l'occasion de VOUS montrer evidemment combien je VOUS estime et de quelle soumission je VOUS suis été toujours attaché. Mais le bonheur ne m'a jamais favorisé jusqu'à ce point-là. A cette heure il semble pourtant me rendre heureux en me temoignant de loin une occasion d'acquérir VOTRE connoissance et quelle VOUS considererez pour la marque la plus moindre de cet respét avec le quel je VOUS revere, c'est pourquoy je VOUS demande pardon de cette bardiesse qui m'a encouragé d'abuser de

VOTRE nom celebre en le mettant devant un
oeuvre très mediocre, mais qui recevra alors sa
valeur certainement si *VOUS* daignerez de *VO-*
TRÉ approbation. Je sais que *VOUS* aimez
infiniment les sciences, je sais *VOTRE* connois-
sance dans juger d'une manière qui donne la plus
meilleure épreuve de *VOTRE* justesse d'esprit. Je
sais aussi que *VOUS* êtes un vrai *MECENE*
pour ceux qui s'occupent de sciences. C'est pour-
quoi j' ai osé cette entreprise en *VOUS* dediant
une espece de disputation pour une petite ébauche
des mes progres dans les sciences. J' avoue,
j' étois pourtant incertain si j' abuserai de *VOTRE*
nom ou non, mais en revant *VOTRE* obligeance
et *VOTRE* douceur naturelle me vinrent en esprit
de m' engager à cette entreprise. Cettes vertus
me représenterent que *VOUS* étiez ce *MECENE*
qui m' avoit comblé toujours de bienfaits et à *QUI*
je devois la reconnoissance la plus parfaite. Je
VOUS demande ainsi encore une fois pardon en
me flattant que *VOUS* ne prendrez pas en mauvaise

part cette hardiesse, que **VOUS** regarderez plutôt pour une marque de mon profond respét. Car **VOUS** avez été la personne qui m'a comblé toujours de bienfaits et d'une bienveillance toute extraordinaire qui demande de mon coté la dernière reconnoissance. **VOUS** l'êtes encore en continuant de faire mon bonheur et de me guider des conseils qui aboutissent pour ma seule satisfaction, je **VOUS** suis à cause de cela infiniment obligé et je ne soubaitte rien de plus que pauvoir temoigner l'estime de quelle brûle pour **VOUS** mon coeur reconnoissante. Cependant je ne cesserai pas d'invoquer le Dieu le Tout Puissant afinqu' il **VOUS** accomble de biens! qu' il **VOUS** conserve encore plus long tems dans une santé toujours parfaite! qu' il **VOUS** protege dans **VOTRE** charge très épineuse! qu' il **VOUS** fournisse toujours les forces suffisantes! qu' il laisse florir **VOTRE** chere personne et toute **VOTRE** famille splendide! qu' il **VOUS** garde encore long tems pour l'honneur de Dieu, pour le salut de **VOTRE** chere patrie, pour

*l'asyle des tous affligeants et pour l'appui des VOS
bourgeois. Je suis convaincu que le plus Supérieur
exaucera mes vœux legitimes. Enfin il ne me reste
rien que de me recommander de nouveau à VOTRE
bienveillance et si m'est permis de souhaiter quelque
chose de plus c'est la continuation de VOTRE Sou-
venir, et de VOUS persuader fortement que je
ne cesserai jusqu'à la mort d'être*

M O N S I E U R


VOTRE

Lipsic le 19. Decembr.

1766.

très humble et tout adonné Serviteur


Digitized by Google
Chretien Gottbelf Doelitzsch.



Nulla fere est disciplina aut ars, cuius principia ab eius magistris non fuerint in controuersiam deducta: adeo inuasit homines rixandi et corrigendi cupido: at nulla magis turbata doctorum opinionibus, quam iuris naturalis scientia. Cum enim alii de fonte, a quo legum naturalium cognitio profluit, dubitarent, alii de primo earum principio certarent, alii diuersas plane iusti, honesti, et decori seu prudentiae regulas confunderent, non potuit non tanta opinionum inconstantia oriri, vt, quod alter ex iuris naturalis disciplina data opera profligare studeat, id principium alter vel primo loco in eadem tractandum esse clamet, prout diuersam sibi quisque huius iuris ideam conceperit. Quodsi de constituenda prima eius notione conueniret, omnes lites ac verborum pugnae procul abessent. Diuersa sane sunt officia, quae homo, ne fini primario a Deo sibi proposito, qui in conseruationis seu felicitatis studio cernitur, repugnet, obseruare debet, sanae rationis adminiculo cognoscenda. Alia enim exigit pacis externae erga alios conseruatio, quae sunt iustitiae, alia tranquillitas animi interna exposcit, quibus virtus absolvitur, alia studium commode viuendi postulat, quae prudentia suadet. Haec tria separata, quibus summus felicitatis finis obtinetur, media
nisi



nisi in factis ex sana ratione diiudicandis rite fecernamus, euenit, vt officiis perfectis ac imperfectis ex eodem fonte deriuatis, numquam intelligamus, quando iure possimus ab aliis ad officia exequenda cogi. Nam haec sola officia ad leges naturales referenda esse, cum THOMASIO, GVNDLINGIO, GERHARDO, TREVERO ac MULLERO arbitror, quibus neglectis vis externa ab aliorum arbitrio et facultate pendens nobis imminet. Quam rationem et viam qui non tenent in explicandis quaestionibus huc pertinentibus, hi quidem coecutiunt et labuntur. Ita vero fit, vt vel sagacissimi viri a recto tramite aberrant et in loca adeo deuia incidant, vnde se expedire non possunt. Quam sententiam nostram et multa exempla confirmant, et haec, quam iam instituere animus est, de patria potestate ex iuris naturalis principiis aestimanda tractatio magis illustrabit. Huius enim iura in statu naturali a plerisque ex legibus naturalibus diiudicari animaduerti. Quasi ex iure perfecto a parentibus exerccatur et a pacis externae regulis seiungi haud queat! Ego quidem, quantum virium mearum imbecillitas patitur, operam dabo, vt intelligatur, hanc sententiam a veritate longe abesse et solis ethicis rationibus niti omne, quod liberis cum parentibus intercedit, vinculum. Quod quo clarius ac luculentius appareat, opus est, vt de vero ac genuino potestatis patriae fundamento antea dispiciam. Hoc enim stabilito facile erit iudicare, quo iure, perfecto an imperfecto, parentibus ea competat, quae sit eius natura, quis effectus, quis denique finis. Quae omnia tribus capitibus ita absoluaui, vt iis quae ad causam, vnde oritur potestas patria, demonstrandam faciunt, in primo capite praemissis, in altero naturam et effectus illius in statu naturali exponam, in vltimo denique varios, quibus ea finitur, modos explicaturus.



CAPVT I.
 DE CAVSSA EFFICIENTE ET VERO
 FVNDAMENTO POTESTATIS PATRIAE
 IN STATV NATVRALL

§. I.

Grotij sententia reiicitur.

Cum in omni re disquirenda primum sit, vt appareat, quae sit causa, vnde habeat ea originem, a qua natura totius rei pendere videtur; non poterit quidem, vt opinor, de patriae potestatis, quam parentes in naturali statu exercent, indole ac terminis, quibus ea circumscripta est, recte iudicari, nisi cur tam insigne ius parentibus tribuatur, antea definiamus. Quomodo autem recte definiemus, nisi diuersis doctorum virorum de vero ac genuino huius potestatis fundamento opinionibus antea excussis? Vbi ingenue fatendum est, mihi nec GROTII, nec HOBBSII, nec PVFENDORFII, nec aliorum inuenta placere. Dicam de singulis quid sentiam. AC GROTIVM quidem naturalis iustitiae pulcherrimum alias interpretem, miror a generatione ius parentum in liberos duxisse. *Generatio, inquit, a) parentibus ius acquiritur in liberos.* Quam sententiam nonnulli GROTII interpretes, vt BOEGLERVS, OSIANDER, IAEGERVS, BARBEYRACIVS, quibus GLAFEY b) ex parte adstipulatur, non solum arripuerunt, verum etiam variis speciosis argumentis exornarunt, quorum praecipua sunt duo. Alterum, parentes, cum generant, similes esse Deo creatori; sicut vero is creatione nactus sit imperium in homines, ita in liberos illud accipere parentes generatione, vtpote qui in domo sua referant ipsum Deum, qui ius et potestatem habeat in res a se creatas.



creatas. Alterum positum est in relatione causae efficientis erga effectum. Dicunt enim quamlibet causam habere potestatem in effectum a se productum, ac ideo et parentibus, quibus liberi vitam et omnia beneficia inde profluentia debeant, imperium in liberos competere. At neutra ratione ius aliquod effici posse mihi videtur. Largior, Deo propter creationem imperium in homines tribuendum esse, sed quis generationem vtut occasionem formandi hominis cum ipso immenso creationis opere, quod certissimum est summae Dei et beneficentiae et sapientiae indicium, et a quo solo existentia hominum pendet, comparare iure poterit? Est sane longe diuersa vtriusque actus ratio et efficientia. Causa, cur Deus creatione sibi comparauit imperium in homines, latet in structura naturae humanae ita ab eo effectae, vt omnia certo fini conueniant, quem, si sapientiam diuinam cum eius beneficentia iungas, nullum alium esse, nisi conseruationem eius entis, cuius essentiam ac existentiam stabiluit, intelligis. Hic autem finis cum ab ipso Deo profectus sit, opus omnino est, vt media eaque optima idem suppeditet, quibus ille obtineri possit, quod est sapientiae. Haec media sunt ipsa praecepta a Deo nobis praescripta, siue rationis ope, siue reuelationis adminiculo cognoscenda, quae non ex cerebrino quodam arbitrio, (quod ne fingere quidem de Deo fas est) sed ex intelligentia, qua summum numen ea ad finem nostrum, quem antea voluerat, pertinere vidit, ortum traxisse oportet. Vnde pronò alueo fluit, Deum posse nobis imperare, quoniam creatione effecit, vt finis ac existentia nostrae naturae a sola eius voluntate cum perfectissimo intellectu coniuncta pendeat. Potest igitur Deus omnia nobis praecipere, quibus felicitas nostra vtut finis, cuius is solus est auctor, amplificatur: potest etiam punire et penitus extinguere eos, quorum malitia hunc finem impediri intellexit. An vero haec in generatione, quae fit a parentibus, deprehenduntur? Quis quaeso dixerit, parentes in actu generandi finem et modum existentiae futuri partis determinare?



Certe experientia docet, coitum saepe aut plane nullum effectum producere, aut non eum, quem voluerunt parentes: alias profecto nec monstra nec ostenta nascerentur. Parentes igitur coitu tantum occasionem praebent existentiae liberorum, cum in eorum arbitrio positum sit, velint concumbere, nec ne: ipsa vero partus structura, qua existentia, essentia, adeoque et finis hominis futuri, qui ex eius natura oritur, stabilitur, non pendet ab illorum voluntate, sed Dei opus est, qui parentibus tanquam instrumentis utitur, per quae operatur. Egregie haec expressit LACTANTIUS: ^{c)} *Qui filium generat, non habet potestatem ut concipiatur, ut nascatur, ut vivat. Vnde apparet, non esse illum patrem, sed tantummodo generandi ministrum.* Quae cum ita sint, facile est perspectu, generationem non magis cum creatione comparari posse, quam causam instrumentalem cum causa efficiente, eandemque ob rationem nec imperium ex creatione oriundum etiam ex generatione deriuari. Grauius videtur esse alterum argumentum, quo contendunt, causam semper potestate gaudere in effectum: ideo et parentes in liberos, qui ab illis vitam acceperint. Vtrumque falsum. Nam neque omnis causa efficiens ius habet in effectum, nisi in huius causae libero fuerit arbitrio, essentiam et finem effectus pro lubitu definiendi, ad quem deinceps consequendum imperio ac potestate opus est: neque parentes, quippe in quorum arbitrio hoc non positum est, propter generationis actum causa efficiens liberorum proprie dici possunt, ut modo demonstrauius. Generentur licet liberi a parentibus, tamen naturalis aequalitas ita non tollitur, nec vllum ius nanciscuntur genitores. Eadem enim est essentia liberorum ac parentum: iisdem quoque iuribus (nam haec a necessaria indole hominis petita) eos praeditos esse a natura oportet, quae mutari sane nequeunt citra factum eius, qui habet, ex quo obligatio nascatur, quale nullum est, nisi aut pactum aut delictum. Recte hanc in rem scripsit PUFENDORFIVS: ^{d)} *No-*



*bis sola generatio non videtur sufficere ad titulum imperii in so-
bolem humanam constituendi. Etsi enim ex substantia nostra ex-
citetur proles: tamen quia abit in personam nobis similem, et quae
quantum ad iura hominibus naturaliter competentia, nobis est
aequalis, inde ut nobis fiat inaequalis, seu ut nostro imperio subit-
ciatur, alio utique titulo videtur opus esse. Si igitur dicendum
quod res est, ipsa generatio non tribuit parentibus ius imperan-
di, sicut nec liberis parendi obligationem, at potest tamen ea
parentibus alicuius iuris in liberos acquirendi (licet hoc utique
imperfectum sit, ut infra disputabimus) occasionem praebere.
Ergo alia ratio, cur parentes in naturali statu versantes patria
potestate gaudeant, est quaerenda.*

§. II.

Hobbesius notatur.

Non meliora sunt, quae H O B B E S I V S ^{a)} de origine im-
perii paterni disputat. Nam etsi argumentationem G R O T I I:
Generavi, ergo impero, reprehendit, tamen multo maius alit-
monstrum, ex captivitate iure illud deriuans. Ponit autem, a
natura *hostem esse quemcumque cuique, qui neque parens, neque
imperat*, adeoque et infantem parentibus hostem nasci. Affir-
mat porro, in matris (huic enim soli potestatem in liberos tri-
buit: an recte, sequenti capite dicemus) arbitrio esse, vel
partum exponere, aut educare. Iam si posterius elegerit, il-
lam infantem ea lege educare intelligi, ne adultus hostis fiat,
hoc est, ut ipsi obediat. Etenim non existimandum esse,
quemquam ita alicui vitam dedisse, ut possit simul et vires aeta-
te acquirere, et iure hostis esse. Itaque matrem infantem re-
cens natum non abiicientem, sed tollentem, retinentem, alen-
tem, educantem, eundem ut captivum hostem futurum suo im-
perio hoc modo subiicere, et ita omnem puerperam simul et
matrem fieri et dominam, quae ius suum hac captivitate acqui-

a) H O B B E S I V S in *Elm. Philos. de Ciuo* Cap. IX. §. 1. 3. et *Leuiath.* Cap. XX.



fitum deinceps et cum aliis, et imprimis cum marito communi-
care possit. Haec vera mens est Malmesburiensis philosophi,
quae a scriptoribus mirum in modum fuit distorta, aliis ex iure
victoriae (de quo ne cogitavit quidem noster : nam non in bel-
lo, sed in statu belli futuri infantem cum matre ante hanc ca-
ptiuitatem versari defendit) eum potestatem patriam repetiisse
nugantibus, aliis quaedam ex proprio ingenio ratiociniis Hob-
besianis immiscentibus, a quo vitio ne PVFENDORFIVS ^{b)}
quidem immunis est, vt BARBEYRACIVS et MASCO-
VIVS annotarunt. Quo fit, vt iis vulgo refellendi HOBBE-
SII causa vtantur rationibus, quae eum plane non tangunt,
quas HERTIVS ^{c)} collegit. Sic v. g. inconstantiae aut repu-
gnantiae eum propterea accusant, quod cum antea affirmave-
rit, homines naturaliter liberos nasci, postea contendat, natos
statim in dominium matris redigi. At vbi hoc dixit, (rogo
vos, indicetis!) infantem a natiuitate non liberum esse, sed sta-
tim in matris dominio existere? Potius quia vidit, natura omnes
homines liberos nasci, necesse duxit factum poni, quo ista li-
bertas tollatur, et parentum potestas succedat, idque captiui-
tatis ius, quod a matre exerceri fingit, esse voluit. Deinde
infantem occupationi aequae obnoxium eum fecisse, ac sunt ce-
terae res, quas natura vrbibus humanis destinavit et largita est,
calumniantur. Neque hoc innuit noster: aliud est occupare rem,
aliud futurum hostem capere. Ridiculum porro est, quod obiiciunt,
HOBBSII sententia effici, vt obstetrici potius, quae infantem prima
excipit, quam matri adiudicandum sit dominium. Quasi ex
actu, quo infans ex utero matris decidens excipitur, hoc ca-
ptiuitatis ac dominii ius ille deduxerit! Coecutiat necesse est,
qui non videt, alimentorum praestationem et educationem,
quae fit a matre, nostrum pro facto, vnde oriatur ista captiui-
tas, habuisse. Nec magis denique conuenit, quod addunt,

Hob-

b) PVFENDORFIVS de I. N. et G. Lib. VI. Cap II. §. 1-3.



Hobbesum de matris victoria scribere, nullo licet antegresso bello. Sed hoc iam expediui. Longe alia ratione HOBBE-
SI I argumentatio est impugnanda, et το πρώτον illius *ψευδος*,
quo statum naturalem sua indole bellicum esse, ubi omnibus li-
ceant omnia in omnes, antea destruendam: quod cum ab aliis
d) factum fuerit, possum ego quidem hoc opera supersedere.
Hoc enim collapsio, ruit simul ius matris imperio in liberos sibi
vindicato cauendi, ne hi adulti ipsius hostes euadant. Sic et te
mittimus Hobbesi!

§. III.

A consensu praesumpto non esse patriam potestatem deriuandam. a)

Sequitur PVENDORFII sententia, quae etiam VELT-
HEMIO, b) WERNHERO, c) atque HEINECCIO d) pla-
cuit, duplex fundamentum potestatis patriae exstruentis, con-
sensum liberorum praesumptum et obligationem liberos educan-
di parentibus a lege naturae, ut ait, impositam. Nos de priori
antea dispiciamus, cuius hanc rationem reddunt. Cum nemo
non cupiat id, quod commodi sui causa fiat, recte praesumen-
dum esse, infantem, si eo, quo sublatus est a parentibus, tem-
pore usum rationis habuisset ac perspexisset, vitam se citra pa-
rentum curam et iunctum ipsi imperium, sine quo ea exerceri
nequeat, seruare non posse, lubenter in id consensurum com-
modamque sibi educationem ab iisdem vicissim fuisse stipulatu-
rum. Mihi vero, sicut in vniuersum omnia, quaecunque de
consensu praesumpto in statu naturali proferuntur, merae nugae
esse videntur, ita inprimis hac in causa ne is admittatur, sin-
gularis ratio prohibet. Nam cum consensus sit declaratio vo-
luntatis

d) PVENDORFIVS de *I. N. et G.* Lib. I. Cap. VI. §. 10. et Lib. II. Cap.
II. §. 5. seqq. TREVERVS in *Not. ad Pufendorfium* de O. H. et C. L.
II. Cap. I. §. 9.

a) PVENDORFIVS de *I. N. et Gent.* lib. VI. Cap. 4. et de O. H. et C. lib.
II. Cap. III. §. 2.

b) VELTHEMIVS in *Comm. ad Grotium* l. c.

c) Balth. WERNHERVS in *Elem. I. N. et Gent.* Cap. XVII. §. 19.

d) HEINECCIUS in *Elem. Iur. Nat. et Gent.* L. II. Cap. III. §. 51-53.



luntatis de eodem fine coniuncta ratione cum altero adimplendo, isque semper tum requiratur, cum alter citra nostram voluntatem nullum ius habet agendi, consequitur sane, non prius ius et obligationem de re, quae ab alterius voluntate pendet, acquiri, quam si eius voluntas ita declarata sit, ut de ea certo constet. Is vero, cuius consensus praesumitur, nunquam, quid velit, significavit, sed fingitur, eum mentem suam ita declarasse, uti futurum esse verisimile est. Verisimile autem dubium est, non certum. Nam potest etiam praeter spem nostram id accidere, quod non adeo verisimile fuit. Sic is, quem ob commodum ex facto nostro in ipsum redundans in illud consensurum fore putauimus, poterit forte potius refragari. Quapropter, quomodo ex praesumpto consensu ius et obligatio nasci possit, ego quidem non video. Sane in statu naturali, ubi ab imperio humano liberi sumus, nemo adest, qui mihi iniungere possit, ut id, quod alter mei commodi causa citra meam voluntatem fecit, approbem, quod est principis, et anceps saepe est quaestio, num id utile ego reputaturus sim, quod alter mihi conducere arbitratus est. Quicquid igitur praesumptus consensus in republica efficit, a lege civili est, quae obligationem civibus imponere potest, ut, quicquid commodi alius iis parauerit, id rati habeant. Praeterea, etiamsi concederem, praesumpti consensus vim aliquam esse in iure naturae, in hac tamen causa, ubi de genuino imperii paterni fundamento quaeritur, locum is propterea non inueniret, quod, sicut nihil fingere licet, quod fieri non potest sua natura, ita nec consensus eius praesumi potest, cuius verus esse nequit, ut est infantis, cuius nulla intelligitur voluntas, quoniam actu rationis est destitutus, etsi habitu gaudeat, ut loqui amant philosophi. Ita vero nec a praesumpto liberorum consensu veram potestatis patriae causam arcessendam esse, demonstrauimus.



§. IV.

Vera origo imperii paterni ex educationis officio repetitur.

Supereſt, vt de altera parte ſententiae PUFENDORFII, qua ius imperandi liberis ex obligatione, quae impoſita eſt parentibus, eodem educandi arceſſit, diſpiciamus, quae plerisque praefantiffimis iuriſprudentiae naturalis doctoribus, vt GVNDLINGIO,^{a)} THOMASIO,^{b)} GRIBNERO,^{c)} TREVERO,^{d)} GLAFFEYO,^{e)} MVLLERO^{f)} probatur, quamque meam facere nullus dubito, ſi de genuino educationis fonte antea conuenierit. Recte aiunt omnes, parentibus curam et educationem liberorum, qua formentur mores eorum, vt apri ſiant fini omnibus hominibus praefcripto conſequendo, a Deo iniunctam, et quo minus ea negligeret, tenerrimum ſimul affectum in prolem iisdem natura inſitum eſſe. Quae cura cum recte exerceri nequeat, niſi poteſtatem habeant parentes liberorum actiones ad eorum ſalutem, quam propter iudicii defectum nondum intelligunt, dirigendi: id ſimul datum intelligi parentibus a natura, vt imperio vtique in liberos gaudeant, quantum ad hunc finem ſufficit, cum is, qui obligat aliquem ad finem quaerendum, cenſeatur eidem quoque vna dediſſe poteſtatem uſurpandi media, ſine quibus ille obtineri non poteſt. Egregia omnia. Ergo lubenter conſentio, verum et vnicum fontem poteſtatis patriae in ſtatu naturali eſſe educationem. Hoc vnum quaero, quod iure competat parentibus imperium inde oriundum, perfecto, an imperfecto? In eo enim plurimos (ſoli fere ſapiunt THOMASIVS atque TREVERVS) lapſos eſſe animaduerti, exiſtantes, ius hoc parentum omnino eſſe perfectum et hanc ipſam ob cauſam ex iuriſ naturalis principiis diiudicandum. Scilicet edu-

a) GVNDLINGIVS in *I. N. et G.* Cap. XXIX. §. 4-6.

b) Chriſt. THOMASIVS in *Fund. I. N. et Gent.* Lib. III. Cap. IV.

c) GRIBNERVS in *Principiis Iuriſprud. Nat.* Lib. I. Cap. XIX. §. 3.

d) TREVERVS in *not. ad Pufendorfium* de O. H. et C. Lib. II. Cap. III. §. 2.

e) GLAFFEY I. c.

f) MVLLERVS in *der Einleitung in die philoſoph. Wiſſenſchaften*, P. III. Cap. XIII. §. 7.



cationis officium, a quo ducitur hoc imperium, vi externa exigi posse a parentibus, sibi persuaserunt. Nam ab hac quaestione, quae sit istius obligationis conditio? totius pendet rei decisio. Si perfectam obligationem liberos educandi tribuis parentibus, eorum potestas iure cogente competat necesse est, sin imperfectam eandem dixeris, nec ius parentum aliud erit. Qualis enim est causa, talem effectum esse oportet. Mihi potius haec sedet opinio, et obligationem et potestatem parentum esse imperfectam, eiusque iam rationes sunt reddendae. Quod antequam fieri possit, quid sit educare, prius definiendum est.

§. V.

Quid sit educare definitur.

Infantes, dum nascuntur, tot tantisque premuntur necessitatibus, ut nisi alii opem ferrent, iis pereundum esset, neque norunt ob iudicii imbecillitatem suas actiones ita componere, ut fiant felices et ad finem a sapientissimo creatore praescriptum perueniant. Opus igitur est, ut aliquis et corpus eorum curet, cum ipsi non possint, et animum ac mores ita formet, ut tandem actu rationis accedente, quid agendum sit, recte intelligant, quod est *educare*. Vnde statim apparet, *educationem* esse praeparationem liberorum actu rationis carentium ad futuram eorum felicitatem. Cum autem et corpus et animum felicitatis impetrandae causa infantibus summum numen tribuerit, duplici officio *educationem* absolui, corporis cura et studio animos infantum perficiendi, nemo non videt. Priori officio satisfaciunt parentes, cum nutriunt infantem, valetudinem curant, defendunt ab omni vi atque iniuria, corporis roborem augent, et naturalem pulchritudinem conseruant. Animo autem infantis poliendo et formando imprimis inseruit institutio, ubi operanda est, ut infantes discant, quid Deo, sibi et aliis debeant, ut vitia et pravi eorum affectus radicitus tollantur, ut virtutis amore, quantum fieri potest, imbuantur, ut iis denique artibus



studeant, quibus et victum quaerere, et commodis ac salutis societatis humanae prodesse possint. Quae omnia quomodo prudenter sint peragenda, multi peculiaribus libris praeclare exposuerunt, ex quibus LOCKIUM, FENELONIUM, BORDOLONIUM, BÜSCHINGIUM, et, quae in arte educandi princeps fertur, nobilem foeminam a BEAUMONT de infantum ac iuuenum salute longe meritissimam, nominasse sufficiat.

§. VI.

Officium educationis imperfectum esse disputatur.

Ad haec autem, quae iam descripsi, officia liberis praestanda parentes vel maxime obligari, haud nego. Sed cum duplex sit obligatio, perfecta alia seu externa, alia imperfecta seu interna, utraque quidem a Deo nobis imposita et Dei causa eadem plane ratione nostram voluntatem circumscribens, at respectu tamen iuris, quo alii gaudent, nos ad eam implendam adstringendi, valde diuersa, cum officia ex illa promanantia alii homines vi externa a nobis exigere possint, quae sola sunt iuris naturalis, ad ea vero, quae ex hac descendunt, nemini praeter Deum, cuius maiestas iis neglectis violatur, nos cogendi facultas competat, qualia sunt omnia virtutis praecepta, quae Ethica tradit, nec non regulae decori ac prudentiae, quarum complexum Politicam vocant, unde illa necessitatis, haec humanitatis esse dicuntur: hoc etiam loco disquirendum est, qualis sit haec parentum liberos educandi obligatio? vtrum cogi possint ab aliis, an nulla imminet vis externa arbitraria, quando ei satisfacere recusent? Nam ab hac quaestione pendet illa primaria, vtrum ius potestatis patriae ex iuris naturalis principii possit demonstrari? Vbi valde miror, omnes fere philosophos docere, perfectam esse parentum obligationem, ut liberorum suorum educationem in se suscipiant. Quae quidem sententia, ut commodius possit sub examen vocari, opus est, ut in fontem et initium omnis perfectae obligationis inquiremus, unde appareat, num parentum officium eiusmodi funda-



mento nitatur. Mihi sane, vt rem ab origine repetam, extra omnem dubitationem positum esse videtur, nullam existere obligationem, qua officium aliis praestandum nobis iniungitur, nisi alter, cui illud exhiberi debet, id a nobis poscendi simul ius habeat. Qualis igitur est obligatio, tale ius inde emergens. Quapropter cum alicui obligationem rei praestandae perfectam imponimus, necesse est, vt alteri ius eam postulandi perfectum tribuamus. Ex quo intelligitur, vt qui parentes perfecte obligari ad educandam prolem affirmet, liberis ius cogendi eos ad hoc officium vna largiatur. Sed vnde est hoc ius perfectum? Ego quidem non plures duobus fontibus noui, vnde ius perfectum oriri possit. Aut enim a natura mihi datum est et quasi connatum, vt alterum cogere possum, aut ex pacto demum venit haec legitima facultas. Natura mihi concessit omnia, quae nocent meae conseruationi, (hanc enim supremum omnium hominis actionum finem voluit esse Deus) quacunque ratione repellendi, et me aduersus eos defendendi potestatem maximam, qui eam turbare conantur, quod fit, cum quis aut corpus meum laedit, aut bona fortunae eripit, aut libertatem aut aequalitatem naturalem me inuito tollit. Qui tale quid audet, pacem externam laedit, et iure perfecto a me cogitur, vt desinat mihi nocere. Cui libet igitur perfecta obligatio incumbit, ne facto suo eiusmodi bonum mihi eripiat, cuius defendendi potestatem statim, cum nascerer, adeptus sum, hoc est, ne destruat meam conseruationem. Reliqua omnia officia, quae ad conseruationem et felicitatem nostram amplificandam et augendam vitamque commodiorem reddendam tantum pertinent, vi exigere non licet, nisi pacto interposito ius perfectum ab altero nobis stipulati simus, vt adeo is proprio facto, dum promisit, perfectam obligationem sibi imposuisse censendus sit. Iam vero neutra causa, quam ad ius cogens et perfectam obligationem producendam sufficere dixi, educationis officio conuenit. Non enim con-



nata liberis potest esse cogendi facultas, quia parentes educationem negligentes nihil iis *adimunt*, quod ad eorum conseruationem pertinet: nam et vitam relinquunt, et corporis membra integra esse sinunt, nec fortunae bonis, si quae habent, eos priuant, nec libertatem et naturalem aequalitatem auferunt: sed tantum nihil *tribuunt*, hoc est, nihil agunt, quo felicitas liberorum augeatur eorumque vita commodior reddatur, quod dum facimus, beneficia exhibemus. Scio fore, qui obiiciant, parentes vitam adimere liberis, si eos educare omittant, cum infanti, cui nemo operam ferat, omnino sit pereundum. At me non mouet haec ratio, nec puto, necessariam mortis infantis causam in parentum facto esse quaerendam, sed in inopia et misera ipsius infantis conditione, quae a Dei prouidentia pendet, cui etiam ab aliis, qui non sunt parentes, ex interna obligatione, quae ut beneficia tribuamus, exigit, succurrendum est, ut adeo non necesse sit, infantem perire, cuius educationem parentes detrectarunt. Sufficit, parentes nullam vim aut aliam laesionem inferre infanti, a qua sola defensionis ius ut perfectum et a natura tributum proficiscitur. Cum autem parentes infantem, quem educare nolunt, plane non laedant, nullam infans a natura habere potest legitimam causam eos ad educationem vi cogendi. Nam quo iure se defendere dicetur is, cui nihil ereptum nullaue vis facta? Ergo nec parentibus aliquam obligationem perfectam ad liberos educandos a natura impositam esse, intelligitur. At eam fortassis ex pacto acquirunt? Hoc quidem nemo facile dixerit. Nam neque pactum adest, cum liberi nascuntur, neque potest tale ab infantibus quippe actu rationis destitutis iniri. Quodsi igitur liberis nulla est iusta causa educationem a parentibus vi extorquendi, aut eos ob neglectum hoc officium bello petendi, ex perfecta sane obligatione id deducere non licet. An ergo in libero parentum sine imperio humano uiuentium arbitrio positum est, velint liberos educare nec ne? Tu vero caue, ne hoc credas,

aut
edu
fici
ner
sum
inpr
eti
nost
offic
cogi
fort
piur
ad
libe
omn
qui
nem
Digi
Pra
par
supe
offic
Eun
ber
cup
in s
non
com
ter
rech
ciu
ren



aut nobis placere forte existimes. Summa profecto est eorum educandae prolis obligatio, sed talis, qualem in omnibus beneficiis, quae homines sibi inuicem praestarent, Deus esse voluit, nempe interna ac imperfecta. Nam quemadmodum serium summi numinis est praeceptum, ut amore alios prosequamur, et inprimis omnibus, quos necessitate aliqua laborare videmus, etsi hi nos cogendi nullum ius habeant, quantum fieri potest, nostro auxilio succurramus: ita vel maxime parentibus hoc officium incumbit, ut infantum, quorum indigentiam primi cognoscunt, et ad quorum amorem naturali quodam eoque fortissimo instinctu ex ipsius Dei sapientissimi voluntate rapiuntur, curam in se suscipiant, et omnia agant, quae ad eorum salutem pertinent, praesertim cum ipsi voluptate sua liberis generandis occasionem dederint. Expertes profecto omnis humanitatis et vel humano nomine indignos esse oportet, qui partum suum, hominem sibi aequalem et ipsorum imaginem exprimentem, abiicere velint, cum vel a brutis superentur. Digna praecone vox est THOMASII^a) acutissimi philosophi: *Praeceptum, inquit, iuris naturalis de officio educationis fuit partim ex regulis honesti, quia plus quam bestialis ignaviae, superbiae et auaritiae indicium esset, si parentes vellent ab hoc officio abstinere; partim ex regulis decori, quia haud dubie factum eminenter inhumanum, quod et bestiae ignorant, foret liberos denegatione alimentorum et educationis morti exponere, vel cupiditatibus suis relinquere. Etsi vero obligatio haec parentum in statu libertatis saltem interna sit, non externa i. e. si eidem non satisfaciunt parentes, aliis in statu libertatis propterea non competat iusta belli causa: ostendimus tamen, obligationem internam nobiliorem esse externa. In statu vero imperii vel civili recte obligantur parentes etiam ex regulis iustitiae, (per leges civiles poenales) quia interest reipublicae, ne alii concives onerentur onere educandi liberos alienos.* Mea igitur haec est sententia,



tentia, beneficium quidem esse, quod parentes liberis exhibeant, dum eos educant, nec laedi iustitiam externam, si eorum nullam habeant curam, sed virtutis ac decori regulas, quae non minus Dei praecepta sunt, quam leges naturales, illud tanquam primarium officium exposcere, licet hanc ipsam ob causam imperfectum sit, non perfectum. Quae in rebus publicis obtinent, non curo, cum legislator humanus possit obligationes imperfectas etiam in perfectas mutare.

§. VII.

Ius potestatis patriae esse imperfectum, nec ex Iuris Naturae principiis demonstrandum, docetur.

Vidimus supra, educationem non posse fieri sine potestate, eamque esse genuinam imperii paterni causam, quod ideo tribuendum est parentibus, ut possint liberos, ut postulat eorum officium, educare. Iam facile erit intellectu, quo iure sibi hanc potestatem possint arrogare. Non alio, opinor, quam eo, quo ad educationis officium obligantur, propter quod eam nanciscuntur. Cum autem haec obligatio imperfecta sit, ut modo demonstrauius, ea quoque non nisi imperfectum imperandi ius parentibus largiri potest. A natura quippe omnes homines sunt sibi aequales et ipsi adeo infantes liberi ab omni imperio nascuntur, nec habet aliquis ius vi cogendi eos tanquam hostes, ut se eius potestati subiiciant. At parentes tamen potestatem non cogentem (non enim iis licet liberos reluctantes et potestatem patriam recusantes cum vitae aut sanitatis periculo in ordinem redigere, ut possent, si iure perfecto gauderent) sed maxime temperatam et ad salutem infantum accommodatam exercere non prohibentur. Nam et si alias iustitiae repugnat, alterius libertatem citra eius consensum circumscribere et aequalitatem tollere, quod sit a parentibus potestatem patriam exercentibus, cessat tamen hac in causa iniustitiae ratio, quia parentes, dum imperant, non conser-

nacioni



uationi liberorum nocent, sed potius eam augent et amplificant. Unde apparet, potestatem patriam quidem paci externae non refragari, neque tamen his iuribus annumerandam esse, quae ex pacis externae conseruatione descendunt, hoc est, perfectis. Veritatem THOMASIVS ac TREVERVS viderant. Quapropter tota de potestate patria doctrina non, vt vulgo solet, ad iuris naturalis officia referri debet, sed ex honesti atque decori regulis diiudicari. Hoc vnum de ea praecipendum est in iurisprudencia naturali, ne parentes sine huius potestatis neglecto, ea abutantur et iustitiam laedant, quod, quomodo fieri possit, mox in sequenti capite dicendi locus erit.



C A P. II.

DE NATVRA ET EFFECTIBVS
 POTESTATIS PATRIAE IN STATV
 NATVRALI.

§. I.

Quid sit potestas patria, definitur.

Finita igitur ea, quam de legitima potestatis causa praemissimus, disputatione, vt eius naturam exponamus, rerum tractandarum ordo iubet. Iam si quaeritur, quis sit finis illius? quibus rebus absoluat hoc imperium? quis modus exercendi? facilis erit omnino responsio, si ea, quae de eius fundamento diximus, in memoriam reuocentur. Ex hoc enim solo omnia diiudicanda. Cum autem parentibus ius aliquod in liberos ideo competat, vt possint educationis officio satisfacere, satis elucet, illud ipsius quoque educationis terminis circumscribi. Parentum enim est liberorum animos formare, et ita eos instruere, vt actiones suas recte componere assues-



fcant. Liberi, quia pravis affectibus laborant, nec intelligunt, quid iis expediat interdum refragantur; adeo, vt educatio plane absolui non posset, ni actiones eorum dirigendi facultate parentes gauderent. Hoc ipsum vero ius liberorum actiones ita dirigendi, vt finis educationis, qui est eorum felicitas, obtineatur, *patria potestas* appellatur. Quicquid cum hoc sine coniunctum est, id licet parentibus: quicquid alienum, id iniustum. Caue ergo, ne cogendi vim inesse putes potestati patriae in statu naturali. Dirigit ea, dum parentibus licet iis mediis vti ad rectam viuendi normam liberis inculcandam, quae sanitati eorum haud nocent; non cogit, quod est imperii et cum liberorum salute magis pugnat, quam conuenit, propterea quod in coactione eius, qui parere renuit, ne vitae quidem ratio habetur. Quare, quod obiter moneo, quando parentibus imperium aut cogendi facultatem tribuimus, improprie loquimur. Si quid aliter est in ciuitate, legibus arbitrariis id quidem originem debet. Ex hac autem, quam stabiluimus, potestatis patriae notione facile colligi potest, cui ea competat? in quos liberos illa exerceri possit? quid propter eandem liceat parentibus in liberos quidue iustitiae ratio vetet? Has enim tres quaestiones nunc tractabimus.

§. II.

Cui competat potestas patriae, ostenditur.

In describendis iis, quibus in statu libertatis potestas in infantes ex educatione descendens tribuenda sit, valde dissentientes omnes fere philosophos deprehendi. Alii enim soli patri, alii soli matri, alii vtrique parenti, alii vteriorum quoque graduum ascendentibus, alii et cognatis eam competere aiunt. Nos potiores sententias recenseamus, et nostram deinde adiiciamus. GROTIUS et cum eo ZIEGLERVS ^{a)} ad vtrum-

a) ZIEGLERVS in not. ad Grotium lib. II. cap. V. Digitized by Google



utrumque parentem eam pertinere contendunt, ita tamen, ut, si inter se certent, pater ob sexus praestantiam praefertur. Quasi sexus differentia, quae est physica et contingens, iurium et obligationum, quae ad moralem naturam hominis eiusque essentiam spectant, discrimen faceret! **HOBBSIVS** infantem statim a natiuitate in solius matris (si eum retinuerit) potestate esse, quae ab hac pacto in maritum transferri possit, statuit. **PVFENDORFIVS** in prolem extra matrimonium genitam matri plus iuris tribuit, quam patri, in legitimos liberos patris ius potius esse vult, posse tamen pacto conueniri, ut mater maiorem patre habeat potestatem, cui praeterea, mortuo marito, totum hoc ius accrescat vna cum vitrico, si ad secunda vota transierit: **KERKRAADIVS** ^{b)} solius patris imperio liberos subesse affirmat, quia vxor in potestate mariti sit, (quod tamen ex sanae rationis principiis nullo modo demonstrari potest) ad cuius mentem etiam **THOMASIVS** se adcommodauit. **TREVERVS** matrem primo loco collocat, quoniam haec infanti sustentando inter omnes maxime idonea sit, cum alendi adminicula a natura acceperit. **GLAFEY** ante omnia ad pacta respici iubet, hisque deficientibus patrem praeferrit. **GRIBNERVS** proprie parentum primi gradus hoc ius esse defendit, his tamen mortuis ad vteriores gradus venire. **MVLLERVS** vtrique parenti et alterutro defuncto, superstiti tribuit, in quo quidem cum **GVNDLINGIO** conspirat, sed auum auiamque, quia educationis onere liberauit, hoc iure priuat. Proxime vero ad veritatem accedit **HEINECCIVS**, qui vtriusque parentis viuentis esse hanc potestatem asserit, his non extantibus ad auos, his quoque extinctis ad cognatos, iuncto tandem ad quosuis nutritores, paedagogos et adoptiuos parentes deuoluit. Sed vnde haec opinionum diuersitas? Scilicet causam et finem huius potestatis



tis non ante oculos habuerunt. Sola educatione nisi eam, saepius dixi. Quid ergo certius ac verius, quam gaudere ea vnumquemuis, qui educationis onus in se suscepit, siue pater sit, siue mater, siue vterque parens, siue auus auiaque, siue cognatus, siue nutritor et parens adoptiuus? Tantum quaeritur, quis sit praefereendus, si plures hanc potestatem vna cum educatione sibi vindicare velint? Equidem cum nullam perfectam ius hic occurrat, quasi occupationis iure controuersiam diiudicandam esse arbitror, vt adeo is e pluribus ea gaudere censendus sit, qui primus educare infantem et hoc ius exercere coeperit. Attamen cum plerumque ambo parentes soleant curam infantis primi habere, frequentior quoque erit penes hos, quam penes extraneas personas haec potestas, et tum quidem alterutro mortuo tota ad superstitem perueniet. Ita mihi videtur. Corrigat, cui mea placent, antea commemoratas philosophorum opiniones, quibus singulis refutandis tempus chartamque perdere nolui.

§. III.

An omnis generis liberi sint sub hac potestate?

Nec maioris momenti altera est quaestio: Vtrum in omnes omnino liberos, non legitimos solum, verum etiam naturales, spurios, incestuosos ac adulterinos, nec non adoptiuos eodem iure potestas patria in statu naturali exerceri possit. Nam de hac re interdum dubitari animaduerti. Mihi plane inanis videtur haec lis et ex iuris Romani principiis, quibus assueti doctores leges naturales iis student accommodare, oritur. Non vrget, in statu libertatis haud differre a liberis legitimis nec naturales, cum solemnitates matrimonii demum ex legibus arbitrariis repetendae sint, nec reliqua fere liberorum genera. Omnia potius ex huius potestatis principio, educatione, diiudicari cupio. Parentes ex causis sibi solis propriis omnium maxime liberos diligere et curare debere, supra demonstravi. Qui ex illicito

coitu liberos generant, anne hi aequae parentes sunt, ac ii, quibus concumbendi ius est? Itaque non minus illis officium incumbit liberos etiam illicito modo procreatos educandi, quam legitimis coniugibus. Si autem educare eos decet, nec potestas cum educatione coniuncta parentibus naturalium, (si tales fingi possent extra civitatem) spuriorum, incestuosorum et adulterinorum deneganda est. De adoptivis filiis difficilior videtur esse responsio. Nam convenire antea debet, qui sint adoptivi liberi. Tales autem in statu naturali vocare licet vel eos, qui iam adulti pacto se alterius potestati, qua dirigat eorum actiones, subiecerunt, vel quos nondum adultos aut sponte aliquis commiseratione ductus educandos suscepit, aut parentes naturales iuri suo renunciantes alteri educandos concesserunt. Illi improprie liberi appellantur et potestas, quae in hos exercetur, non dici potest *patria*, causa paterni imperii, quae est sola educatio, in hominibus adultis (nam hi soli pacisci possunt) penitus cessante, sed diversum plane potestatis genus constituit, cuius fines non nisi ex pacto aestimandi sunt. In eos vero, qui ab alio, qui non est parens, educantur, nutritori vel, si mauis, patri adoptivo, cum eundem finem consequi studeat, eadem cura, quae naturales parentes educationis causa in liberos habent, competat necesse est.

§. IV.

Grotii et Pufendorfii discrimen trium temporum reiectum.

Ius parentum duplex, cum in personam liberorum, cum in eorum bona.

Supereff, quod primarium nostrae disputationis caput esse debet, ut quid liceat parentibus in liberos demonstremus. Iterum omnia ex educationis fine diiudicanda sunt. Nam quicquid parentes agunt huius finis obtinendi gratia, id licet et aequum est, si quid ultra audent, iustitiam laedunt et perfecta iura liberis auferunt. Totam rem hic diversorum temporum discrim-



discrimine constituto expediri posse GROTIUS^{a)} et PUFENDORFIVS^{b)} arbitrantur. Secernunt nimirum tria tempora in liberis, primum imperfecti iudicii, vbi omnes eorum actiones paterno imperio subesse volunt, alterum adultae aetatis et maturi quidem iudicii, liberis tamen in familia paterna manentibus nec propriam rem familiarem habentibus, vbi potestatem tribuunt patri, non vt genitori, ob educationis finem cessantem, sed vt capiti familiae ex pacto tacito, quod constitui aiunt, dum pater iussa sua extendit etiam ad ea, quae educationem filii non spectant; filius autem obsequium praestat, hoc vero imperium non nisi eas actiones concernere defendunt; quae ad familiae paternae statum aliquid momenti habeant. Tertium tempus tradunt, postquam filius ex familia paterna plane excessit sibi ipsi alimenta quaerens, quo liberum quidem ab omni directione iudicant, ita tamen, ne reuerentiam et obseruantiam parentibus ob maxima eorum merita debitam negligat. At enim vero, si quid video, haec distinctio rem non declarat et illustrat, sed obscuriorem adhuc reddit. Nam adulta quidem aetas liberorum plane huc non pertinet. Cessat tum educatio, cessare simul patriam potestatem oportet. Si filius hoc tempore manet apud parentes et alimenta ab iisdem accipit, nullum proprie eorum est imperium (quia beneficia imperandi ius non tribuunt) nisi id ex nouo fonte oriatur, nempe aut ex pacto tacito, cum filius patitur sibi mandata imponi, aut expresso, si ita conuenit inter parentes et liberos. Hoc autem, quod ita denuo constituitur, potestatis genus longe diuersum est a iure patrio, quippe quod solo educationis fine circumscribi vidimus, cum illud potius ex pacto sit diiudicandum. De tertio vero tempore nullum plane hic dicendi locum fuisse arbitror, cum inde non cognoscatur, quantum iuris habeant parentes in liberos, sed quando illud desinat. Mihi potius in describendis patriae

a) GROTIUS de I. B. et P. lib. II. cap. V. §. 2-6.

b) PUFENDORFIVS de I. N. et Gent. lib. VI. cap. II. §. 6-12.



patriae potestatis finibus ad duo momenta respiciendum videtur, personae felicitatem et, quae cum illa coniuncta esse solet, bonorum, si quae habet, conseruationem. Vtraque enim curae paternae subest, vtraque sine dirigendi facultate impetrari nequit. Duplex igitur est imperium paternum, aliud circa personam eorum versatur, aliud bona tangit, vtrumque tamen ex educatione aestimandum. Nos singula iura, quae huc spectant, diligenter excutiamus, et, ne paci externae repugnent, caueamus.

§. V.

An liceat liberos occidere?

In iuribus parentum, quae personam liberorum concernunt, designandis primo statim loco se offert facultas de vita liberorum disponendi, quam parentibus cum omnibus, qui hanc quaestionem attigerunt, merito denegamus. Vitam enim qui alteri adimit, perfectum ius eripit. Neque hoc est educare. Nam occisi infantis quae salus esse potest? Sed ane in delinquentes saltem liberos vitae et necis ius competat patri? quaeritur. THOMASIVS ^{a)} et MULLERVS ^{b)} affirmant, patri familias domesticam iurisdictionem ideo tribuentes, quia in statu libertatis non alia adsit superior potestas. Atqui potius nullum plane ibi est imperium. Sed si parentes forte diffusae familiae tanquam capita praesint, id ius non vt parentes, sed tanquam principes imperio ciuili instructi exercebunt, quod accurate monuit HEINECCIUS. ^{c)} De filio tamen, qui hostis fit parentum, recte supplicium sument iure defensionis, quo in omnes hostes vel cum horum vitae periculo vti licet. Romanos vero non est quod ob occidendi ius patri concessum iniustitiae accusemus. Erat enim ibi potestas de delictis domesticis cognoscendi cuiuslibet patrifamilias a republica data et permissa,

a) THOMASIVS l. c. §. 19.



missa, ne ab extraneo iudice nimia forte seueritate coercerentur.

§. VI.

De mutilatione membrorum.

Nec magis licet membra liberorum corrumpere. Nam haec quoque a natura iis tributa sunt, et ad corporis perfectionem pertinent. Quapropter pleno conseruandae integritatis corporis iure fruuntur. Educatio sane mutilationem non postulat. Quid pater iterum possit in filium hostem, huius loci non est. Vnde facile colligitur, quam grauiter impingant in iustitiae leges, quos filios suos castratos reddere haud pudet.

§. VII.

De iure exponendi et expellendi liberos.

Noli tamen credere, quo minus parentes infantem recens natum exponant, aut ante adultam aetatem, quae acquirendis vitae necessariis subsidiis idonea est, expellant, iustitiae ratione prohiberi. Scio, PUFFENDORFIUM et cum hoc multos acriter defendisse, non nisi in pertinacem filium id licere, sed aliter non poterant, cum alendi et educandi obligationem perfectis officiis adnumerarent. Beneficium est parentum ex amore naturali et misericordia profectum, vt alant et curent liberos. Hoc denegant, quum aut exponunt liberos aut expellunt ex familia. Eum vero qui beneficia non exhibet, iniustum quis censeat? Quicquid igitur ad retinendos et sustinendos liberos, vsque dum sibi ipsi per aetatem et intelligendi vim prospicere possint, parentes impellere potest, id quidem ex honesti praeceptis venit ac decori regulis, pietatis est et humanitatis, non necessitatis. Vnde crudeles, per me licet, dixeris Graecos atque Romanos, qui expellendi facultatem parentibus legibus permiserant, non iniustos. In eo autem lubenter consentio cum TREVERO, (*) quod scribit: *Liberos bestiis exponere, vel intempestiue abiicere, iniustum esse.* Scilicet hoc est vere occidere.

§. VIII.

a) TREVERVS ad Puffendorf. de O. H. et C. Lib. II. cap. 3. §. 4. n. 2.



§. VIII.

De venditione et oppignoratione liberorum.

An vendendi et oppignorandi ius parentibus competat? non opus est multum disputari. Nec enim filius, cum in seruitutem venditur aut oppignoratur, felicius redditur, nec res est quae sit in commercio, sed naturalis aequalitas ita vi iniusta tollitur. Quid vero magis coërcet ius naturae, quam laesionem? Atque in eo omnes fere conspirant, in statu ordinario non licere parentibus lucri causa liberos vt seruos oppignorare, quo et referas, si parentes libertatem prolis suae aleae exponunt. At extrema necessitate flagitante, cum aliter vita liberorum seruari nequeat, facultatem eos vendendi aut pignori dandi parentibus tribuere cum GROTIO, PVFENDORFIO ET TREVERO nullus dubito. Satius enim est, infantem in seruitute misere ali et seruari, quam in libertate enecari fame. MVLLERVS etiam propter delicta vendi posse putat, sed hoc quidem ex falsa eius de iurisdictione patris domestica sententia ortum. Expellant potius parentes, quos amplius curare nolunt. At est tamen, si me audis, alia quaedam vendendi facultas iis concessa, quae non corpus liberorum, sed solum ius parentum tangit. Cum enim parentes ius, licet imperfectum, habeant imperii sui exercendi, quid, quaeso, impedit, quo minus illud venditionis lege in alium transferatur? Sane nemo hic laeditur. Nam infantis corpus liberum manet ac educationis praeterea officium ab emtore absoluendum est.

§. IX.

Castigatio quousque licita?

Solum videtur, quoad corpus infantis, modice castigandi ius parentibus relictum, non ex iuris quidem naturalis principiis deducendum, vt plerisque placet, nec tamen iniustum, sed imperfectum. Nam qua ratione posset educatio commode peragi, nisi parentibus liceret infantem pertinacem et, quid sibi expediat, propter affectuum prauorum perturbationem haud intelligentem,



malorum, quae, quo magis statim in sensus incurrunt et dolorem pariunt, tanto maiorem in animo teneri infantis vim habent, repraesentatione ad recti bonique cognitionem perducere? Cum enim haec mala non ideo infligantur, ut sint mala, hoc est, ut liberis ius perfectum conseruationi inferuens auferatur, sed ut futurae eorum saluti consulatur, infans profecto non laeditur, sed beneficium potius accepisse a parentibus censendus est, licet utique hoc ius sit directiuum, non cogens: nam ultra finem educationis parentes progredi veto. Ex quibus duo possunt intelligi: Primum immoderatam castigationem, quae efficit, ut in morbos et membrorum ac vitae pericula liberi incidant, summam iniuriam esse. Hic enim non commoda eorum augentur, sed conseruatio turbatur. Lex naturae vero arcet parentes ab omni falso, quo nocetur infanti. Deinde simul apparet, hoc castigandi ius non porrigendum esse ad eas actiones, quas propriae utilitatis causa sine villo liberorum commodo parentes ab iis fieri volunt. Nam solis educationis cancellis illud contineri oportet. Quicquid ultra sit, iustitiae repugnat quam maxime.

§. X.

Liberos etiam in adoptionem aliis dari posse affirmatur.

Neque parentibus facultatem filiam aliis adoptandum concedendi ex iustitiae regulis denegandam esse, cum P V F E N D O R F I O existimo. Adoptare vero is intelligitur in statu naturali, qui infantis, quem non genuit, educationem in se suscipit. Concedunt autem parentes liberos in adoptionem, quando educationis onus, cuius imperfecta tantum obligatione tenentur, et simul ius dirigendi, sine quo illud esse nequit, imperfectum quoque in alterum consentientem transferunt. Quisque cuique pater est in statu libertatis, quem educat. Nulla hic iniuria fit infanti. Quodsi enim parentes statim ab initio, cum infans nascitur, educationem salua, ut supra disputauimus, iustitia detrectare, quid? expellere infantem possunt, cur quae-so non liceat iisdem pacisci, ut educatio ab ipsis coepta ab alio



absoluatur? Ac ne honesti quidem et decori præceptis hæc doctrinæ repugnare videtur. Nam maiorem forte curam et diligentiam pater adoptivus in educando infante adhibebit, quam potuerunt ipsi parentes naturales.

§. XI.

Ius cogendi liberos ad pacta ineunda, matrimonium contrahendum, vitæ genus eligendum, religionem sequendam exul esse iubetur.

At sunt quædam liberorum facta, quæ quidem ad salutem eorum vel maxime pertinent, imperio tamen paterno nulla subesse ratione possunt. Refero huc pactorum imprimis matrimonialium, vitæ generis et religionis libertatem, quæ omnia salutem liberorum concernere, nemo facile negaverit. In nullo autem horum parentibus vllum ius, ne imperfectum quidem, tribuendum esse puto. Iniustum profecto foret, si parentes vellent ad pacta ineunda, quæ a voluntate partium pendent, liberos cogere. Nam infantes, quorum tantum voluntatem fas est dirigi, ob defectum iudicii pacisci nequeunt, in adultis vero, qui paciscendi facultate gaudent, causa paterni imperii deest, educationis beneficium. Neque vllam vim haberet tale pactum, cum nihil magis contrarium sit libero consensui, qui solus pactum perficit, quam coactio. Ex hoc velim principio diiudices quæstionem; vtrum parentes vllum ius in nuptias liberorum sibi vindicare salva pace externa possint? Mihi non videtur. Cum enim natura coniugii pacto constet, liberos eo iam tempore, quo contrahunt matrimonium, pleno actu rationis gaudere oportet, quo accedente statim educatio desinit, nec eius effectus, potestas patria, amplius subsistere potest. Parentum igitur erit, propter amorem, quo liberos prosequi decet, liberis, cum vident iis conducere, nuptia suadere, non iubere, hortari eos, non dirigere voluntatem, consilia præbere, non cogere. Si quid aliter sit, iniustum esse arbitror, et a pacis externæ legibus alienum. Idem fere dicendum est de libertate vitæ genus eligendi plena omnino liberis



relinquenda. Ut discat filius ea, quae sibi aliquando vtilia sint futura; hoc parentum quidem est curare et castigationis remedio renuentem adstringere, quia pars est educationis, sed eum iam adultum cogere, ut ea ratione alimenta sibi quaerat, et ita viuat, ut placet parentibus; hoc cessante iam educatione terminos potestatis patriae multum excedit. Ita recte ZIEGLERVS.³⁾ Nec aliter sentio de religione liberorum. Infantes, ut eius religionis, quam parentes pro vera habent, principis imbuantur, aequum omnino est et honestum ac gloriae diuinae conueniens, et quo magis in iis confirmantur, parentum cura esse debet, cum ipsi de veritate doctrinae nondum iudicare possint. Simulatque vero eorum iudicium est maturum, ipsis quoque liberis incumbit obligatio in veritatem eius, quam haecenus parentum iudicio secuti sunt, religionis inquirendi, et argumentis, quibus illa nititur, rite ponderatis in ea vel perseverandi, vel ea deserta aliam veriore amplexendi. Itaque nec opus est amplius, ut parentes eos religionis causa dirigant, cum ipsi, quid verum sit, intelligunt, nec licet hoc, cum intellectus cogi nulla ratione possit.

§. XII.

De iure parentum circa bona liberorum diuersae sententiae.

Iam ad alteram speciem imperii paterni, quae extra ciuitatem est, quae ad bona liberorum spectat, deuenimus. Videas hic iterum doctores passim monstra alere. Nam et modos, quibus liberi actu rationis destituti sibi bona comparare possunt, non accurate separarunt ab iis, per quos adulti acquirunt, et potestatem parentum in opibus liberorum non semper educationis et imperfecti iuris cancellis, ut oportebat, circumscripserunt. Mihi liceat primariis, quae super hoc argumento extant, sententiis prolatis, meum deinceps quaecumque addere iudicium. Ac primo quidem GROTIUS⁴⁾ ait, in ea aetate, qua quis infans est vsu rationis carens, omnes liberorum actiones sub dominio

paren-



parentum esse, attamen hoc quoque tempore eos esse capaces dominii in res ex iure gentium, sed exercitium impediri iudicii imperfectione, vt adeo res omnes liberorum parentibus acquiri non sit naturalis. At haec nimis vaga sententia. Nam cuius dominii, vtrum omnis et adeo deriuatiui, an solius originarii capaces sunt? non definiuit. Nec dixit, cum liberi id exercere nequeant, cuius sit vsusfructus et administratio, vtrum nullius, an parentum? Praeterea non intelligo, quid sibi velint haec verba: *Quare vt res omnes liberorum parentibus acquirantur, non naturale est, sed ex quorundam populorum legibus.* Si non omnes res liberorum parentibus in statu naturali acquiruntur, an forte certi tantum generis bona ipsis propria fiunt? sed qualia? Haec omnia melius declarari oportebat. PUFENDORFIVS^{b)} eiusque interpres HERTIVS distinguunt inter bona ex aliorum liberalitate in infantem translata, et ea, quae sibi filius propria industria acquisiuit. Haec pleno iure patri tribuunt, ob onus educationis, illa propria fieri infantis acceptatione nomine filii a patre facta, ita tamen, vt parens vsusfructum et administrationem vsque ad plenam eius aetatem exercent, contendunt. Cur vero credamus, modum acquirendi diuersum quoque ius patris et filii variū reddere? Et quis sibi persuadeat, pro tertio citra eius mandatum valide acceptari posse? Eandem distinctionem approbat MULLERVS,^{c)} hanc tamen addit differentiam, in secundi generis bonis ne vsusfructum quidem competere parentibus, sed solum administrandi ius, exceptis sumtibus ad educandum necessariis, quos ex opibus liberorum sumere liceat, imo aequum esse, vt ipsi parentes egeni fini educationis alias non satisfacturi ex iisdem alantur et sustententur. Satisfaceret mihi ex parte GRIBNERVS^{d)} sic scribens: *In res filii parentibus nec dominium nec vsusfructus ex lege naturae competit, sed administratio tamen, quousque ipsi liberi eam suscipere*

D 3

b) PUFENDORFIVS lib. VI. cap. II. §. 8. Digitized by Google

MULLERVS Cap. XIII. §. 7. p. 486. seq.

impe-



impediuntur ; modo administrandi facultatem non iure naturali vtut perfecto tribuisset parentibus. Magis sapit GVNDLINGIVS, ^o) omne ius patris in bona liberorum ex aequitate deducens, in eo tamen cum eo facere non possum, quod totum vsumfructum parentum esse velit.


§. XIII.

Nostra sententia de iure parentum in bonis liberorum declaratur.

Dixi saepius, et iam repeto, omnem omnino potestatem, qua pollent parentes in statu naturali, imperfectum ius esse ex officio educationis, quod non nisi ab humanitate proficiscitur, oriundum. Ius igitur naturae, quod sola perfecta officia tractat non tribuit parentibus iura quaedam in bonis liberorum exercenda, qui est primarius omnium fere error, sed honesti ac decori regulae permittunt, vt tantum iuris sibi arrogent parentes in pecuniis liberorum, quantum finis educationis desiderat. Hic vero postulat, vt bona liberorum conferuentur et in eorum commodum administrantur. Quicquid conuenit cum hoc fine, non repugnat paci aeternae, quicquid eum egreditur, salua iustitia non fit. Vnde facile est intellectu, penes quem sit dominium harum rerum, quis habeat vsumfructum, quis administret. Proprietatem nunquam pater sibi vindicare poterit. Quod enim commodum inde redundaret in liberos? Neque ob eandem rationem vsumfructum. Quod ita intelligi volo: parentes nihil fructuum ex rebus liberorum prouenientium in suam vtilitatem vertere posse, licere tamen eos ad filiorum commodum omnino adhibere. Quapropter puto, sumtus quidem ad educandum necessarios ex iis petendos esse, ipsos vero parentes inde se alere non posse. Sola igitur administratio arbitrio parentum absque iustitiae violatione relinquitur, cum ipsi infantes ob aetatis et iudicii lubricitatem rebus suis praeesse nequeant. Caueant tamen parentes, ne ex hac administratione detrimenti quid sentiant liberi. Nam conseruari bona, non dilapidari educationis officium praecipit. Durat hoc ius parentum non vltra matu-



ram liberorum aetatem. Tum enim, quia ipsi salutis suae consulere possunt, cessat educatio et cum hac simul bonorum cura, quae est illius effectus: si ex pacto postea cum liberis inito ius quoddam pater sibi seruauerit, alia quaestio est ad hunc locum non pertinens. Vt autem inter bona labore acquisita et aliunde ex pactis profecta distinguamus, nec opus est, nec per eorum naturam fieri potest. Non opus est, quia nullam video rationem cur in his alii, quam in illis potestas parentibus tribuatur. Non fieri potest, quia nec ipsi infantes ut facultate paciscendi destituti pactis iura adeoque nec rerum dominium sibi acquirere possunt, nec parentes pro iis acceptare cum acceptatio, quae fit pro tertio ignorante vel non consentiente, nullum unquam producat ius perfectum. Qui igitur aliquid donat infanti, illud semper reuocare potest, quia nulla est donatio, quae caret acceptatione. Hinc pater infanti in eius usus aliquid ex propriis bonis concedens, non dominium sed solam administrationem in eum transtulisse censendus est. Sana profecto hac in re est Romanorum philosophia, peculium profectitium pleno iure patris esse iubentium.



CAP. III.
DE MODIS, QUIBVS POTESTAS PATRIA
IN STATV NATVRALI FINITVR.

§. I.

Fundamentum diiudicandi, quando finiatur patria potestas, stabilitur.

Haec omnia, quae de effectibus patriae potestatis disputauimus, ex obligatione parentum interna, ut liberos educant, profuebant. Iam si quaeritur, quamdiu duret hoc parentum ius, utrum per totam vitam competat, an aliquando finiatur? haec ipsa ratio, quae naturam huius potestatis aperiebat, finem quoque monstrat necesse est. Nam si verum est, quod nulla ratione negari potest, medium non superesse sine, cuius



cuius causa illud comparatum est, sublato profecto nec patria potestas amplius deprehendi poterit in iis parentibus, qui liberos educare desierunt. Cessante igitur educatione, cessat una medium, sine quo ea impetrari non potest, quod est ius dirigendi. Haec regula esto, ex qua omnia diiudices. Nam quibus modis desinit educatio, iisdem finitur patria potestas.

§. II.

Finitur 1) Morte parentum.

Prima causa finiendae patriae potestatis est, quae omnia soluit, mors. Res non indiget longa demonstratione. Defuncti namque parentes non possunt amplius educationis munus subire, nec adeo ius aliquod, ne imperfectum quidem, in liberos retinere. Nam mortuorum nulla sunt iura, nullae obligationes. Ita est utroque parente defuncto. Si vero alteruter decedit, siue pater, siue mater, educandi obligatio imperfecta, quae antea inter utrumque una cum patrio iure quasi diuisa erat, tota in superstitem deuoluitur, qui nunc solus quoque patriae potestatis exercendae ius nanciscitur.

§. III.

2) Abdicatione parentum.

Non iniustum esse, ut parentes liberos expellant, hoc est educare ante maturam aetatem desinant, aut educationem aliis relinquunt, supra probauimus. Quod si igitur placeat parentibus, curam liberorum non amplius habere, sed educationis oneri, quod antea susceperunt, iterum renunciare, vel tacite, vel expresse, non prohibentur ob pacis externae rationes. Sed nec tum retinent potestatem patriam, quam hactenus habuerunt, cum finis sit sublatus. Filius potius expulsus a parentibus et sibi ipsi relictus sui iuris est et nemini paret, nisi denuo aliquis eius educationem in se suscipiat. Caue tamen, ne hic forte de emancipatione Romana cogites. Infans vero, cuius educandi ius parentes in alium adoptantem transtulerunt, in nouam patris adoptiui venit potestatem.



§. IV.

3) *Necessitate educandi sublata.*

Habet educatio certum finem, cuius causa suscipitur. Is vero praeparatione infantis vsus rationis carentis et, quid sibi impediatur, haud intelligentis ad futuram felicitatem absoluitur. Educamus igitur infantes, quia ipsi se dirigere et de sua salute prospicere nequeunt. Vnde intelligitur, educatione non diutius opus esse, quam in eo statu versatur homo, in quo ob imbecillitatem corporis et animi ipse se regere non potest, h. e. mediis ad suam conseruationem necessariis uti nescit. In hac autem conditione constitutus est quilibet, qui pleno vsu rationis non gaudet. Talis enim nec finem intelligit, quem sequi necesse est, nec media nouit, quibus ad eum perueniat. At is vero, cuius maturum factum est iudicium, non indiget amplius rectore. Nouit enim ipse finem suarum actionum, cognoscit et media suae conseruationis. Ex quo efficitur, educationem liberorum necessario desinere, simulatque hi ad perfectum actum rationis peruenerint. Quod quidem quando fiat, non certo annorum termino fini potest, cum non eadem sit in singulis hominibus naturae vis, quae modo citius, modo ferius operatur. Est hoc ex actionibus hominis colligendum. Potest euenire, ut ad prouectiorem vsque aetatem, aut per totam vitam aliquis educatione opus habeat, ut furiosus aut demens homo. Quocumque autem tempore educationis necessitas ob iudicii perfectionem cesset, statim quoque soluitur patria potestas. Nam sine obtento quid opus amplius mediis? Omnes igitur, qui sunt sub imperio parentum ab eo statim liberi fiunt, ac adulti plenum vsu rationis consecuti fuerint. Tum vero adeo exeunt ex potestate patria, ut parentes ne imperfecto quidem iure amplius gaudeant liberis inuitis agendi normam praescribendi. Status tamen liberorum ita sui iuris factorum duplex esse potest. Aut enim prorsus excedunt ex familia



familia parentum, aut manent in eadem. De vtraque separatim agendum.

§. V.

De statu liberorum e familia parentum egressorum.

Filii adulti adeoque a potestate patria plane liberi cum ex familia parentum, in qua hactenus educati et enutriti fuerunt, egredi cupiunt, ut aut soli viuant, aut nouam ipsi familiam constituant, aut alienae se adiungant, an suo arbitrio id facere possint? ante omnia dispiciendum est. PVFENDORFIVS^a) consensum patris tanquam capitis familiae utique requirit, ita tamen, ut parente propter animi duritiam renuente, liberi iustam migrandi causam habentes nihilo fecius familiam suam relinquere possint. Ego vero non quaero, velit pater, an nolit? Sufficit eum vna cum educatione omnem dirigendi potestatem amisisse. Nec aliam iustam migrandi causam desidero, quam iudicii maturitatem, quae ab imperio paterno necessario liberat. Liberi autem adulti familiam parentum deserentes, (quod in solo eorum arbitrio sine sexus differentia positam esse censeo, sicut et parentes salua virtute illos nunc expellere possunt) nulla ratione amplius parentibus parere tenentur. Possunt pacisci, possunt matrimonia libere contrahere, (quicquid dicat PVFENDORFIVS cum aliis) possunt facere quicquid lubet, sine vilo parentum consensu. Sola forte reuerentia iis suadebit, ne consilia parentum tamquam prudentiorum ac bene de re meritorum contemnant.

§. VI.

Status liberorum adulescentium in familia permanentium.

Quanquam autem licet filio adulto vel filiae, postquam ad maturam aetatem peruenit, e domo patris plane egredi, soluta

a) PVFENDORFIVS l. VI. Cap. II. §. 13.



soluta potestate patria, potest tamen fieri, ut bona parentum venia ibi adhuc maneat. Sed num hoc efficiat, ut simul parentum imperio subesse pergat, in controuersia esse videtur. Plerique putant, tum *ipso iure* continuari patriam potestatem. Hoc vero, si fallor, contra naturam huius potestatis dictum est, quippe quae educationis finem, qui iam cessauit, desiderat. Ego potius ex *nouo facto* nouum plane imperii genus et a potestate patria diuersum oriri arbitror, ac duplici quidem ratione, vel *tacite* vel *expresse*. *Tacite* fit, cum parentes iubent liberis, quicquid lubet, non in horum commodum, sed etiam propriae utilitatis causa, liberi vero non resistunt, (etsi possent, quia iam desit ius parentum imperandi imperfectum,) ne forte expellantur e familia. Caue vero, ne pro specie potestatis patriae illud habeas. Nam illa fundamentum habet educationem, hoc patientiam liberorum. Vnde pater hic non ut genitor, sed ut director familiae, quae sua sponte ac tacite sibi imperari sinit, considerandus est. Nec diuius is retinebit hanc iubendi facultatem, quam liberis placuerit obedire. Precarium est, non ius perfectum, et hanc ob causam iure naturali incognitum. Vt perfectum sit, *expresso* pacto opus est inter liberos et parentes de potestate in eos adhuc exercenda inito. Male haec a quibusdam potestas patria pactitia appellatur. Nam sine educationis fine non potest patria potestas cogitari. Est hoc aliud genus imperii, quod vel ad herile, vel ad ciuile accedit, cuius fines ex solo pacto, in quo determinati fuerunt vtriusque voluntate, diiudicari debent. Sed perfectum tamen est, quia ex pacto venit, et iuris naturalis legibus, ut omnes pactitiae obligationes, confirmatur.





PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

A V C T O R I

S. P. D.

P R A E S E S.



ta vero, quod vehementer laudo et ab omnibus laudari debet, Ornatissime DOELITZSCH, publicum edidisti Tuae doctrinae satis et mihi et aliis probatae nec contemnendum specimen. Placet inprimis Te ex vniuersalis iuris scientia, quam multi iactant, pauci recte intelligunt, argumentum variis philosophorum disputationibus dubium factum Tibi tractandum non solum fuisse, verum etiam ita explicasse, ut cuius opera Tua ac diligentia facile probetur. Certissima mihi spes est, Te quae bene ac congrue scripsisti, etiam fortiter defensurum esse. Quae quidem expectatio augetur multorum Tuae in differendo artis exemplorum priuatos inter parietes mihi exhibitorum memoria. Nam laetor vehementer, Te in meorum numero et fuisse, et adhuc esse, et hanc ipsam ob causam mihi gratulor, quod Te in scenam, ubi egregiam et Tuam doctrinam dignam fabulam acturus sis, producere Tua voluntate mihi liceat. Cedat Tibi hoc Tuum consilium feliciter. Ceterum ut me Tua amicitia, quam magni semper faciam, nunquam indignum iudices rogo. Me quidem quavis data occasione Tui studiosissimum deprehendes: id enim spondeo. Certe quaecumque fortuna Tibi in posterum contigerit, eam ad me quaque pertinere existimabo. Vale.

